inter fectum a latrunculis chaldaeorum syriae ammanita
rum & moabitarum. hebraea narrat historia; Unde & ma
lachim mortuus scribitur & sepultus tacetur; In libro dierū
legim̄ uinctū catenis & ductum in babylonē. Necul(a) quid
referatur deeo; pulchreq; sepulturā asini dicit eum sepeliendū.
ut duplicis uerbis significet insepultum. hoc est abestiis auib;q; lace
randum; haec est enim asini sepultura; Ascende libanum
& clama & in basan da uocem tuam; & clama ad transeuntes.
quia contriti sunt omīs amatores tui; locutus sum ad te in habun
dantia tua. dixisti non audiam; haec est uia tua ab adules
centia. quia non audisti uocem meam; Omīs pastores sive
amatores tuos pascet uentus. & amatores siue amici tui in capti
uitatem ibunt. & tunc confunderis & erubesces ab omni malitia
tua quae sedes in libano. & nidificas in cedris; quomodo conge
muisti cum uenissent tibi dolores. quasi dolores parturientis;
per ΜΕΤΑΦΟΡΑΝ libani & basan regionum & montium trans
iordanen. ad hierusalem sermo dirigitur; quod frustra in ae
gypto sit confisa. siue ad ipsum Ioachim qui eo tempore regna
bat in hierusalem. & ab aegyptiis rex fuerat constitutus. quod
frustra aegyptiorum speret auxilium. & quod ipsi quoq; a baby
lonio rege superandi sint & ducendi in captiuitatem; quodq;
ait locutus sum ad te. hoc est ipse dñs ꝑ prophetas; siue locuti
sunt ad te. ut subaudiatur prophetae mei; & tu in abundan
tia tua dixisti non audiā; Arguit eū superbiae. & quod diu

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0213